



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Christianus Conf. 4. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

4.Feb.

VITÆ SANCTORVM.

73

restitutum acrius etiam torquet. Quid faceret? quod fugeret impius transfuga? ad magnæ Matris ubera, per quæ Filiū sauciārat? ad vulnera Filii, per quæ Matrem impetierat? & tamen ad Matrem ausus est confugere; memor semper Matrem facilius flecti, quam judicem. Itaque ad Marianæ ædis limina quadraginta ipsos dies noctesque perstare, sed longè magis ipsam cœli portam Virginem ambire: hanc lacrimis mollire, hanc gemitibus pulsare, hanc jejuniis denique frangere. Cedit itaque vim facienti facilis alias janua. Admittitur per Matrem ad Filii gratiam THEOPHILVS, extortisque infames hosti codicillos aufert. Hos ubi palam igni dedit, post triduanam febriculam per notam sibi, & jam apertam portam cœlum ingreditur. Agnoscite felicitatē vestram in THEOPHILO Mariophili. Sit omnibus aliis angusta cœli porta, certe vos laxam amplamque habetis. Ex Surio.

Maria peccatorem à desperationis barathro piâ manu retrahit, spei medicamen aspirat, fovet, non despicit, quousque horrendo Iudici miserum reconciliet. Famosum hujus benignitatis testimonium est Theophilus per Mariam restauratus gratia. S. Bern. in deprec. ad Mariam.

S. CHRISTIANUS CONF. 4.Februarii.

Nulli minus sapiunt, quam qui maximè, cum interea Superi iis ferè colludant, qui sanctam simplicitatē præ se ferunt. Ad testem CHRISTIANVM provoco. Is cum adolescens noctu non sat modestè tectus ædes perambularet, insultantem nudo tergo sub mulieris larynx orcu tulit, onusque improbum totam noctem circumtulit. Sacris initiatus Comitis natum sub exuviis ursi terrorem

D

fibi

sibi injicientem cultro tantum non jugulavit, mor errore intellecto persanavit. Ad ejus preces cum defunctus è feretro resurgeret, inter fugientium ab eo spectaculo turbam ipsum quoque vidissem. Fluvium cum trajicere non posset, in alteram ripam D. Magdalena unà cum equo transportavit. Eadem facienti adfuit, hominumque absentiam satis unica pensavit. Jam inter monachos mori sibi visus, & manibus MARIAE ac Friderici Cæl tumulari, flamas habuit arbitrari piacularis, Genios item bonos malosque, hos corvi exuvias horridos, illos cygneis (aut quascunque alias demum miramur & amamus) pennis superbos. Porro sacrificaturo mensam & vestes Cælites ministrarunt. Cantantibus benedicere vidit ab alto Dei manum. Jam ad ægrum septem continuos dies Christus Christique Mater (utique optimi medici) inviserunt. Cum morituro vero horas pre她们 iudicem viisi percurrere, & quidem cucullum etiam ipsi induit. Superi! vos comedias & risum nobis datis mortalibus. Nos scilicet tragœdias & lacrimas reddimus. Ex Cæsar. l. 7. c. 16.

*Quia Christi nomine vocatus es Christianus, pertendum tibi est, ut actu tuo nomen hoc sanctificetur & honoretur in te: quia sicut virtutum fama nominis tanti resplendet ad gloriam, ita male conversantis infamia ad ejusdem nominis redundat injuriam.* S. Pet. Chrys. serm. 69.

S. AGATHA V. M. 5. Februarii.

**A**NNO CC.LIV. AGATHA Catanam ad Quinianum Prætorem abducitur. Deperibat hic Christi sponsam. Quare eam Aphrodisiæ lena commendat; facile ratus fidei castrum exercitare,

ubi